

100 Item Paulus V. in Constitutione 14. quæ incipit, in eminenti Bullar. tom. 3. pag. 199. indulget curialibus, incolis, & originariis Urbis etiam clericis, & in sacris presbyteratus ordinibus constitutis in ipsa Urbe, & intra decem miliaria, ut de eorum bonis ibidem existentibus non fiat spolium, etiam sub pretextu, seu causa illicitæ negotiationis. Certum est autem hoc indultum competere etiam Clericis minorum ordinum non beneficiatis, ut praxis observat, ergo circumscripto indulto possent eis fieri spolium ex causa illicitæ negotiationis.

Et ita servari de consuetudine, nam Commisarii, & Collectores spoliatorum quotidie procedunt ex capite illicitæ negotiationis contra Clericos tam in sacris, quam in minoribus ordinibus constitutos, live beneficium ecclesiasticum habeant, live non.

Ne Clerici, vel Monachi.

Cap. Non magnoperè.

S V M M A R I V M.

- 1 Religiosi excentes ad audiendas leges, vel physicas, nisi infra duos menses ad claustrum redeant, excommunicati sunt, & alias penas incurrun, de quibus hic.
- 2 Physica, id est medicina.
- 3 Regularis in seculo admissus in Collegium Doctorum utriusque iuris an de sui Superioris iurisdictione in eo interesse, & suffragari valeat, & num. seq. usque in finem.
- 4 Inobedientia regularis excluditur ex licentia Prælati petita, & obtenta.
- 5 Religiosus non est proprietarius, qui emolumenta Collegii non sibi, sed Monasterio lucratur.
- 6 Monachus ad utilitatem Monasterii est copæ donationis, legati, & hereditatis tam ex testamento, quam ab intestato, & n. 23.
- 7 Conciliaris materia dicitur qua continentur in Canonibus à Concilio Tridentino innovatis.
- 8 Regularis, qui in seculo iuri civili operam dedit, de sui Superioris licentia promovetur potest ad gradum Doctoratus.
- 9 Negotia secularia aequè prohibentur sacerdotibus secularibus, ac regularibus.
- 10 Presbyteri seculares possunt esse de collegio Doctorum iuris civilis.
- 11 Collegium, in quo sunt pariformiter clerici, & laici in dubio censetur ecclesiasticum.
- 12 Collegium Doctorum utriusque iuris quale censetur.
- 13 Ius Canonicum est potentius, ac dignius iure Civili.
- 14 Regulares possunt esse de Collegio ecclesiastico, seu Doctorum iuris Canonici.
- 15 Theologia appellacione venit etiam scientia Canonica.
- 16 Regularis non habenti velle, aut nolle, sed sunt mortui mundi, & servo æquiparantur.
- 17 Declaratur, & n. 22.
- 18 Regularis ex sui Superioris licentia potest postulare pro sui Monasterii utilitate.
- 19 Item potest esse procurator pro amico sui Monasterii etiam laico.

- 20 Preparatorius, & preparatus idem est iudicium.
- 21 Et index causa preparatus est index casus preparatus.
- 22 Regulares retinent generis nobilitatem, ius sanguinis, ius iuris, & Capitulis.
- 24 Regularis in materia favorabilis veniunt clericorum appellacione.
- 25 Religiosus ex sententia D. Thome potest esse de Collegio facultatum Magistrorum.
- 26 Intellectus est, in nona actione, 16 q. 7.
- 27 Professio diversa homines an, & quando possint in eodem officio sociari, ibidem.
- 27 De Coll. q. 1. dicitur an, & quando quis esse possit.
- 28 Parisiensium quorundam error, qui statum Religiosorum in mundicantium damnatum assuebant, & confutatur à D. Thoma in Opusculo iussu Clementis IV. edito, & ab eodem approbato.

NON magnoperè. Religiosi professi excentes ad audiendas leges, vel physicas, nisi infra duos menses ad claustrum redeant, excommunicati sunt, & in nulla causa patrocinari possunt, & sine dispensatione Papæ non promoventur. Hoc dicit, & exponit physicam, id est medicinam, prout Doctores intelligunt, & colligitur ex littera ibi, *Suo oborta languentium stratum confalenti corporibus, ad hoc c. ad aures, ibi, in arte physica, & de ar. & qualitas, dividitur in tres partes. Primum ponitur factum reprehensibile. Secundum id fieri prohibet, ibi, Unde. Tertio quod duplicem penam imponit, ibi, Si vero autiqui h. s. s. Desumpta est hæc Constitutio ex canone nono Concilii ab Alexandro III. Turonis habiti anno 1163. quod Victor Antipapa, quosdam factores schismatici iudicio 17. Cardinalium, & 124. Episcoporum excommunicati fuerunt, de hoc in cap. 1. & ibi per glo. 1. infr. de schism. Refertur hæc ipsa Constitutio, declaratur, & extenditur ab Honorio III. in c. Super specula, supra eod. ut ibi plenè diximus declaratur à Bonifacio VIII. in c. 1. eod. tit. lib. 6.*

Hic QVÆRO præter alios: Supposito quod in Collegio Doctorum utriusque iuris ex præscripto litterarum Apostolicarum tam laici, quam Clerici admitti possunt: Item posito decreto Concilii Trid. c. 1. sess. 22. & c. 1. & 2. sess. 25. de regul. An Doctor in seculo semel in ipsum Collegium admittitur, si postea Religionem capace bonorum in communi proficiatur, ex sui Superioris licentia eidem Collegio interesse, atque in eo suffragari valeat.

Cum nuper hoc dubium fuisset in S. Congregatione Concilii propositum, quod pertinet ad c. 1. & 2. sess. 25. de regul. contra regulares inobedientes, & proprietarios. S. Congregatio censuit decreta illa non oblatè regulari, quo minus ad Collegium accedere, atque in eo suffragari queat: nam inobedientia tollit ex licentia Superioris petita, & obtenta, c. Religiosus, de testam. lib. 6. & Clement. Religiosi, eod. titulo: & vitium proprietatis excluditur ex eo, quod emolumenta inde provenientia religiosus non sibi, sed Monasterio lucratur, c. Cum ad Monasterium, §. Prohibemus, supra de stat. Monach. cum suis concordantibus. Unde videmus ad nilitatem Monasterii Monachum esse capace donationis, legati,

ti, & hereditatis tam ex testamento, quam ab intestato, ut in Auth. de Sanctiss. Episcop. §. Sed & hoc præsentis, coll. 9. Auth. Nisi rogati, c. ad Trebell. l. Deo nobis, §. 1. c. de Episcopis, & Clericis, & c. In presentia eum materia, supra de probat. Et quo ad hoc cum nulla alia sollicitudine, non videtur esse 7. opus uberiori disputatione. Sed quod spectat ad c. 1. sess. 22. S. Congregatio tamen maiori parte existimaverit petendam esse dubii solutionem à iure communi, cum Concilium ibi nihil novissimum, sed tantum innovet sacros Canones, contra Clericos secularis negotiis se immiscentes: tamen quia hæc admisso in Collegium si prohibetur à sacris Canonibus, utique etiam prohibetur à Concilio illos innovante, secundum theoreticam Aretini cons. 26. Videtur, num. 18. Idcirco opere pretium putavit hunc articulum diligenter examinare: difficultas igitur hæc tantum vertitur, An ex sacrorum Canonum dispositione Regularis de licentia Superioris in dictum Collegium utriusque iuris admitti, & suffragari possit.

Ad quod videtur affirmative respondendum; nam duobus modis potissimum jus commune videtur potest oblatè regulari quo minus possit admitti: id est aut ex parte ipsius admissionis, quæ veluti negotium seculare censeri debeat religiosus interdicta: aut ex parte ipsius regularis, qui cum sit mortuus mundo, perdidit per professionem jus illud, quod in seculo acquisierat intercessendi Collegio, atque in eo suffragari ferendi, sed neutro modo jus commune oblat: & quidem non ex parte admissionis in Collegium; quia etsi regularibus tamquam seculare negotium prohibetur auditio juris civilis, ut hic iuncta declaratione c. Super specula, infr. eod. tamen hæc prohibitio uti penalalis ad alios calos non extenditur, ut clarè probatur in c. Vnico, eod. tit. lib. 6. & scripsi plenius in prædicta Decretali Super specula, a n. 13. usque ad n. 18. unde videmus eum non habere locum in doctibus, seu interpretantibus leges civiles, ut patet infr. n. 19. Et ob eandem rationem qui in seculo juris civilis studio operam dedit, non prohibetur ex sui Superioris licentia promoveri ad gradum Doctoratus ejusdem juris, ut pluribus respondit Calder. cons. 2. An Abbas, de Mag. & sequitur Felin. in c. Cum dilecta, n. 19. de rescriptis. Unde quemadmodum prohibitus audire leges non censetur prohibitus obtinere gradum Doctoratus in iure civili, sed potest Collegium ingredi pro huiusmodi gradu adipiscendo: ita nec debet censeri prohibitus eundem gradum alius conferre, eod. hunc effectum Collegio interesse, cum minor videatur ratio prohibiti: nis in collatione gradus activa, quam passiva, argumento textus in cap. Si celebrat, de Cler. ex com. missis.

Ad hæc negotia secularia, & in specie auditio juris civilis aequè prohibetur sacerdotibus secularibus, atque regularibus, ut patet in d. c. Super specula infr. eod. Sed ingressus in Collegium utriusque iuris non prohibetur sacerdotibus secularibus: ergo nec regularibus. Minor probatur non solum ex fundatione huius Collegii, in quo ex forma litterarum Apostolicarum etiam Presbyteri, & Episcopi admitti possunt; sed etiam ex dispositione iuris communis; quia prohibitio d. c. Super specula cum loquatur in suo speciali casu audientium leges civiles, extendi non debet ad

hunc casum omissionis in Collegium Doctorum juris civilis tamquam diversum, ad l. Papiamius de exal. ff. de minoribus, & c. fin. ff. De calumnia cum similibus, & deducitur ex d. c. Vnico, infr. eod. lib. 6. & ita in his terminis presbyteros seculares de iure communi non prohiberi in huiusmodi Collegiū admitti, respondit Alvar. cons. 30. lib. 2. tom. 1. secundum novam impressionem.

Quibus accedit, quod hoc Collegium cum sit mixtum pariter clericorum, & laicorum, in dubio censeri debet ecclesiasticum; quia magis dignum trahit ad se minus dignum, c. Quanto, de iudicis, juxta doctrinam Barthol. in l. fin. num. 15. ff. de Colleg. illic, quam sequitur Abb. in c. Ex litteris num. 3. de Constit. Sylvestr. in ver. Collegium, in princ. & Covarr. præf. quæst. 1. 36. n. 5. vers. Tertio; quod absque dubio procedit ubi est favor magis digni ut trahat, & non trahatur, ut in hac specie, Purdecif. 157. n. 6. lib. 3. imo eo casu præfertur magis dignum, etiam si minus dignum excedat in quantitate, vel numero, ut scripsi latissime in c. Cum propter, a n. 53. usque ad n. 74. supra de iur. patr. & probatur, in c. Per tuas de Arbitr. ubi patet posse compromitti de re spirituali in duos laicos propter adjunctionem unius clericis, & in aliis concordantibus ibi positus.

Rursus cum Collegium hoc mixtum sit Doctorum juris canonici, & juris civilis, videtur esse Collegium Canonitarum; quia mixtum ex duobus naturis assumit sibi naturam à potentiori, & digniori, ut notat Abbas per illum text. in c. Sure in 1. not. vers. Item ex hoc, de iur. patr. & Lambert. post eum in tractatu illius tituli, lib. 1. part. 2. in 4. quæst. princ. art. 3. n. 2. Nec dubitari potest quin jus Pontificium sit potentius, ac dignius iure Cæsareo, ut in c. 1. cum ibi notatis per Hostien. n. 1. in ver. Advirtant, Jo. Andr. n. 2. & Doctores infr. de novi operis nunciacione. Quod cum ita sit, quatenus etiam religiosi de iure prohibentur esse de Collegio laicali, seu Doctorum juris civilis, & hoc intelligeretur esse negotium seculare clericis regularibus interdictum, quod negatur: tamen non prohibetur esse de Collegio ecclesiastico Doctorum juris canonici: alioquin nec esse possent de Collegio sacre Theologiæ, contra rationem expressam in d. c. Super specula, vers. Quia verò Theologia studium cupimus ampliari, infr. eod. & contra text. in c. penult. & c. fin. infr. de Magistris. Quinimo Theologiæ appellacione, de qua loquitur prædicta Decretalis, Super specula, venit etiam scientia canonica, ut ibi notat Abbas n. 7. facit textus in c. Qualiter, & quando si secundo de accusat. in c. Nimis de iur. iur. & in c. 1. cum ibi notat de iuram. calum.

Sed neque ex parte ipsius regularis videtur prohibita huiusmodi admittio in Collegium Doctorum juris civilis; nam etsi religiosus non habeat velle, aut nolle, c. Quorundam, & c. Si religiosus, de elec. lib. 6. habeaturque pro mortuo, c. Placuit il secundo, 16. q. 1. c. Cum dilecta, & ibi Felin. nu. 15. supra de Rescriptis, & servo æquiparetur, c. Exiit, qui seminat §. Ad hoc cum fructus, de verb. signif. lib. 6. & notat Innoc. in c. Cum olim, il secundo infr. de Privilegiis. Tamen huiusmodi regula, & alia confirmata procedunt, si religiosus consideretur quantum in se, etiam procedendo à Prælati sui auctoritate: sedus autem si consideretur in ordine ad superiorem, ac suppon-

si a eius licentia, ut probatur 10 c. Religiosus, de resam. in 6. & in Clem. Religiosus, eod. tit. ubi religiosus executor aliquo deputatus non potest, cum velle. v. In ille non habeat, huiusmodi officium suscipere, nisi a Superiore suo peccata super hoc licentia, & obtenta.

18 Unde videmus religiosum, licet sit mortuus mundo, multa tamen negotia gerere posse de licentia Prælati; nam & postulare potest pro sui Monasterij utilitate, c. 2. de Postul. Quinimo & pro amico Monasterij, etiam laico potest esse procurator, ut post Innoc. & alios tradit Ludovic. Roman. singul. 278. & in specie potest adipisci gradum doctoratus in iure civili, ut superius diximus n. 8. Rursus potest docere ius civile, secundum opinionem Abbatis in d. c. Super specula. n. 16. infra. eod. tit. ubi concludit, (Prohibitionem, de qua hic, esse intelligendam de audientibus tantum, seu studentibus: legentes autem non putat incurtere has penas; quia verba illis non conveniunt; & à verbis Constitutionis penalis non est recedendum, præsertim quia in eis non procedit ratio, quæ militat in adhaerentibus; nam adhaerens, ut ipse ait, videtur moveri malo zelo, scilicet ut involvatur rursus actionibus mundanis in patrocinando, & similibus: sed ille, qui prius licentiam istam didicim docet, non facit ut involvatur actionibus mundanis; imo communicat alii scientiam in se bonam, & necessariam ad regimen orbis.) Hec ille Neque hinc opinioni adversatur littera huius textus, ubi, Ad legendas legem, vel physicam: quia Papa in d. c. Super specula, intellexit, & declaravit hæc verba de audientibus, non autem de legentibus, seu docentibus. Et sententia Abbatis adhaerent ex Recentioribus, Navar. in man. c. 27. n. 116. in fin. Tolet. in summa. lib. 1. c. 38. n. 6. & Iacobi Suarez tom. 5. in 3. part. dist. 23. sect. 3. num. 17. hunc articulum disti. se examino in d. c. Super specula, an 18. usque ad n. 21. & n. 37. usque ad n. 45. Ex eo autem, quod regularibus non sit prohibitum docere ius civile, sequitur, ut nec etiam sit prohibitum suffragari pro gradu eius facultatis adipiscendo: etenim qui potest præparare ad gradum doctoratus docendo, potest etiam suum ministerium impertiri in eo gradu consequendo, cum idem ius sit in præparato, quod in præparante. l. in argenti, & l. Si nexori, §. in ff. de auro, & argento leg. & 21 c. converso, ut in l. 3. §. 1. ff. de liber. exhiben. Ideoque videmus iudicem causæ præparantis esse iudicem causæ præparatæ, ut notat Baldus in l. Ordinarij, col. 2. c. de rei vend. & Felin. post eum in c. Parochianos, n. 5. infra. de sent. excomm. facit text. in l. Quominus, ff. de luminibus, & in l. 1. §. Capisse, ff. de Pollicitation. Deinde considerandum est propositiones illas, quod regularis sit mortuus mundo, non habeat velle, vel nolle, & his similes vindicare sibi locum in his tantum negotiis, quæ solis laicis conveniunt, non autem in his, quæ competunt promiscue tam laicis, quam clericis. Ideoque regularis retinet generis nobilitatem, Bald. in c. Cum in magistrum, de elect. item jus sanguinis, Abbas in c. Quia nos, num. 2. de resam. item jus sunitatis, Alex. in l. Sub conditione, in 2. not. ff. de liber. & posthum. item jus Civitatis, Bart. in l. 1. num. 10. ff. Ad municipal. 23 omneque jus succedendi de iure civili. Et ideo postquam in l. De nobis, C. de Episcopis, & Cle-

ricis dictum fuerat religiosos esse mundo mortuos, statim in §. 1. decernitur eos habere jus succedendi in beneficiis Religionis. At jus succedendi ad collegium, atque in eo suffragandi competit communiter tam clericis, quam laicis tum de iure communi, tum ex fondatione collegij, de quo agitur, ut sæpius repetitum est: ergo quoad hoc non habent locum regulæ, quod regularis sit mundo mortuus, & alia huiusmodi. Præterquam quod cum ex tenore litterarum Apostolicarum in hoc collegium admitti possint etiam clerici, imo & Episcopi, consentur vocari etiam regulares, qui in materia favorabili veniunt clericorum appellatione, c. Duo sent. genera, 12. q. 1. & notat Abb. in rubr. de vit. & honest. cler. n. 15. 21 Ultimo hæc opinionem videtur aperte sequi D. Thomas opus 19. de Perfect. vitæ spiritualis c. 3. ubi ex profecto querit, ac religiosus licite possit esse de collegio secularium magistrorum, & determinat posse de suorum Superiorum licentia, & pluribus rationibus confutat errorem quorundam Parisiensium, qui contrarium asserbant. 28 Nec secundum eum obstat text. in c. In nova, de Hone, 16. q. 7. ubi cavetur, ut in uno eodemque officio non debeat esse dispar professio; eo quod coherere, & conjungi non possint quibus studij, & vota sunt diversa; quod etiam lege divina prohiberetur dicente Moyses Deuter. 22. Non arabis in bove simul, & asino, id est homines diversæ professionis in uno officio simul non sociabis, ut exponitur in d. c. In nova. Siquidem hoc procedit quantum ad illud, in quo diversificantur, veluti ut laici, & clerici sociantur in his, quæ pertinent tantum ad officium clerici, seu ut religiosi communicent laicis in illo, in quo seculares à religiosis diversificantur, secundum illud ad Timoth. 2. Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus. At collegium, de quo agitur, est religiosorum, & secularium commune, & in eo adiuvantur homines ad hoc, ut quo religiosi, & seculares non distinguuntur, ut ex prædictis patet: ergo nihil obstat quominus in eo religiosi simul, & laici convenire possint. Sic respondet Div. Thomas in d. c. 3. col. 4. vers. Ad id, quod primo obijciunt. Item non obstat, quod unus, & idem non possit esse de diversis collegiis, nisi forte per dispensationem; multo igitur minus religiosus, qui est de collegio secularium magistrorum. Hoc enim debet intelligi de collegiis ecclesiasticis perpetuis; quia unus non potest esse canonicus in duobus Ecclesiis absque dispensatione: unde dicitur 21. q. 1. Clericus ab instanti tempore non numeretur in duabus Ecclesiis. At non habet locum in duobus collegiis, quorum unum sit perpetuum, & aliud temporale: ideoque qui est de collegio alicuius Civitatis, quandoque est ad tempus de collegio communitativum in uno exercitio; & qui est de collegio alicuius familie, potest ad tempus aliquibus sociari in aliquo hospitio; collegium autem magistrorum non est collegium perpetuum, sed temporale, non enim collegiales eo conveniunt, ut perpetuo ibi morerentur, sed vadunt, & redeunt pro libito: ergo nihil prohibet eum, qui est de religioso collegio perpetuo, simul esse de collegio scholastico; ita D. Thom. ubi supra, vers. Ad id quod tertio obijciunt; ubi ad hanc objectionem respondet etiam duobus aliis modis. Nec

28 Nec est mittendum, opusculum illud supponi approbatum fuisse à Sede apostolica, licet Decretum, seu litteras confirmationis non viderim: nam ut legitur in argumento eiusdem opusculi 19. Cum tempore Sancti Ludovici Francorum Regis Guilielmus de S. amore, Sygeriusque Magistri Parisienses, & multi sequaces in hunc incidissent errorem, ut Religiosorum Mendicantium statum damnatum assererent, librumque sacrilegum Clementi IV. obtulissent: Pontifex Joanni de Vercellis Magistro Ordinis Prædicatorum dictum librum transmissit, præcipiens ut eidem faceret respondere per Fratrem Thomam de Aquino, qui cum eundem librum erroribus plenum invenisset, alium ipse librum veluti apologiam composuit, qui incipit; Ecce inimici tui sumerunt: in quo errores huiusmodi confutavit. Atque hunc librum Summus Pontifex tanquam verè Catholicum approbans; librumque contrarium tanquam hereticum, & nefarium damnans, ipsius Authores cum complicibus deposuit de Cathedra Magistratus, eosque de Parisiensi studio omni dignitate privavit. Eandem opinionem sequitur Augustinus in prælopho de Potestate Ecclesiæ, quæst. 105. art. 3. Proposito in Sacra Congregatione Concilii supra scripto dubio, Superioris est pro Regulari, supposita tamen Superiorum licentia, ut in questione, & dummodo emolumenta, quæ inde proveniunt, cedant in communem monasterii utilitatem.

Ne Clerici, vel Monachi.

Cap. Secundum.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus, vel Monachus non licet lucri causa negotiari, & n. 8.
- 2 Monachi nequeunt nomine proprio conductas possessiones habere, & n. 11.
- 3 Possunt tamen nomine monasterii, si propria non sufficiant, d. n. 11.
- 3 Laicus non debet ecclesiæ titulo conductiois concedi, & num. 12.
- 4 Declaratur, n. 14.
- 4 Clericus negotiatur mortaliiter peccat; & si monitus non desistat, debet excommunicari.
- 5 Negotiatio, qua non fit principaliter propter lucrum non est Clerici, vel Monachi interdicta.
- 6 Artificij in quo differat à negotiatione, seu mercatura.
- 7 Ferrum ex vena deducere, colare, & distinguere, & alio lucri causa asportare, non est negotiatio, sed artificium, de quo Monachi non veniunt ad gabelam.
- 8 Negotiatio, seu mercatura est Clerici permissa ex causa necessitatis.
- 9 Si tamen victum sibi querere possunt artificij, & labore manuali, seu negotij non licet.
- 10 Artificium an liceat Clerico, vel Monachi lucri causa exercere.
- 11 Clericus non licet aliorum possessiones conducere, nisi urgente necessitate.
- 12 Monachi nequeunt nomine suo aliorum possessiones conducere, etiam si subsit necessitas, sed nomine monasterii.

12 Laicus locari non potest administratio ecclesiæ, nec decime, vel obventiones. Nisi magna urgente necessitate, n. 14. Sed bona temporaria, vel nulla ecclesiæ, item fructus decimarum possunt locari.

13 **S**ECVNDVM. Breve est: & continet tria dicta, quæ per se patent. Sed secundum Abbatem sic summari potest. Non licet Clericis, vel Monachis lucri causa negotiari. Hoc primo, Monachi nequeunt nomine proprio conductas possessiones habere. Hoc secundo, Laicis non debet Ecclesiæ titulo conductiois concedi, Hoc tertio. Nota primo ibi, sub interminatione anathematis. Clericum, vel Monachum, qui lucri causa negotiatur, esse excommunicandum, si monitus non desistat; hoc enim important illa verba, sub interminatione anathematis prohiberentur, & notat glof. ult. in cap. un. infra. de sagitt. & dixi in cap. Non nimis, in 3. notab. supra de immunit. c. 15. Et hic collige transgressores huius prohibitionis mortaliter peccare: alioquin percelli non possent excommunicatione quæ non fertur nisi pro culpa lethali, ut cap. Nemo Episcopo, n. 11. q. 3. & ita per hanc rationem post Pet. de Palude, & S. Anton. tenet Sylvest. in ver. Clericus. 3. n. 3. & probavi plenius in c. 1. in ult. not. sup. eod.

6 Secundo nota ibi, causa lucri. A contrario sensu negotiationem, quæ non fit lucri causa, non esse Clericis, vel Monachis interdictam, possunt enim vendere, & emere pro ut eorum necessitas exigit, ut hic inglof. 1. non tamen principaliter propter lucrum, secundum Abb. num. 1. Ad hoc Clem. Præsent. de censu, & cap. Quamquam, cum ibi not. per lo. Andr. eod. tit. lib. 6.

6 Negotiari autem, seu mercari est rem emptam non mutatam lucri causa vendere. At verò rudem materiam, & illam per industriam, & secundum regulam alicuius professionis, seu artis ad aliquam formam deducere, non est negotiari, seu mercari, nec talia negotiatiores, seu mercatores faciunt, sed artifices, qui secundum diversas species artificij denominantur, veluti lanifices, textores, aurifices, & consimiles, ut est textus in cap. Bliciens, 88. dist. & not. glof. in summa ad h. 14. q. 3. item glof. in cap. Canonum. 14. q. 4. Butr. in cap. 1. n. 2. vers. Solutio, & ibi etiam Abb. num. 6. vers. Intelligi, supra eod. & idem Butr. hic num. 5. & Anch. in 1. notab. Feder. de Sen. cons. 207. Nos Biffolus, num. 2. & per totum, ubi loquitur in calu. vena ferrea, & exillensis in agro empto à Monachis Cisterciens. qui ferrum inde educerant, colabant, & subtilissimo artificio, ingenioque separabant, & alio asportabant lucri causa: & consultius Feder. illud esse artificium, non autem negotiationem, de qua solvenda sit gabella, secundum ea, quæ leguntur, & notantur in cap. final. supra de vit. & honest. stat. clericor. & sequuntur illam decisionem Feder. cons. 145. Queritur, num. 4. & Episcopus Montis Mariani in sua praxi Archiepiscopali de apol. cap. 63. de cler. negotiatis. num. 3. Ad quod tamen vide quæ in oppositum congerunt: Moderni in tradit. de esset. clericat. esset. 3. m. 107.

8 Et post hæc distinctione, venit in dubium de qua negotiatione hoc capitulum intelligatur. Et quidem conveniunt omnes, textum hæc habere locum